exercitum. ⁊ super euentu belli consulu
it appollinem. Cui responsum est ꝙ ali
ter non vinceret ille nisi ipse gladio in-
teriret hostili. Dorenses hoc audito di
xerūt ne quis lederet corpus regis cos-
dre. Qd' postq̄ Cosdras cognouit mu
tato regis habitu arma accepit ⁊ exerci
tum penetrauit. quod videns vnus mi
litum lancea eum vsq; ad cor penetra-
uit. ⁊ sic per mortem suam populum su
um de manibus inimicorum suorum li
berauit. Tandem de morte eius factus
est planctus magnus ex vtraq; populi
parte. Moralizatio.

Carissimi.

Sic dilectus dominus noster ihesus xp̄s consulto deo patre: ꝙ gen9
humanū non posset redemi nisi ipse mo
reretur. Venit igitur pugnaturus ī bel
lo isto contra dyabolū sciens ꝙ agnos
ceretur mutauit habitum suum quādo
naturam humanam assumpsit. prime
cor. i. Si cognouissent numq̄ domi-
nū glorie crucifixissent. Imminente ve
ro die belli: vnus militum stans iuxta
crucem cum lancea eū vsq; ad cor perfo
rauit. ⁊ sic per mortem suam totum ge
nus humanū morti iuste adiudicatum
liberauit. De cuius morte dolor est ex
vtraq; parte. Hoc est demones multū
dolebant ꝙ per eius mortem genus hu
manū erat saluatum. Ex alia parte tri-
stes erant apostoli de nece sui domini.

## De defectu caritatis. Ca. xlij.

Refert enim Valerius ꝙ in roma vidit in vna
columna quattuor literas quarum que-
libet ter scribebatur. tres. P. P. P.
tres. R. R. R. tres. S. S. S. tres
F. F. F. Visis litteris dixit. Heu heu
confusionem video ciuitatis istius. Sa
trape hoc audientes dixerūt. Magister
dic conceptum tuum. At ille. Talis est
expositio lr̄arum. Pater patrie pditur.
Sapientia secum sustollitur. Ruūt reg
na rome. Ferro flamma fame. Quod
postea sic rei probauit euentus.

Moralizatio.

Carissimi

Spiritualiter loquēdo pater patrie est ca
ritas que est dilectio dei ⁊ proximi: per
quam quilibet homo deberet seipsū rege
re: quia sicut scitis patrem decet filiorū
necessaria prouidere. Hinc est ꝙ vera
caritas nobis prouidebit de diuitijs in
finitis in vita eterna. Quia sine carita-
te impossibile est nobis vitam eternam
obtinere. Sed heu iam pater patrie p-
ditur. i. caritas in terra. Vix enī aliquis
alium diligit. Et sine dubio sapientia
secum sustollitur quia pauci sunt qui sci
unt qualiter se habere debeant erga deū
⁊ proximum. Et si sciant pauci sūt qui
operantur propter defectum sapientie.
Quid ergo sequitur postea. Ecce ru
unt regna rome. Ruūt regna in diuer-
sis partibus mūdi. ferro flamma fame
Quia non est caritas in terra nec sapiē-
tia. ⁊ si dicatur sapientia humana tamē
stulticia est apud deum. Quot nobiles
⁊ proceres infra pauca tempora in bel-
lo perierunt. Quot pauperes fame ite-
rierunt. Et hoc totum: quia non ē amor
nec sapientia in terra: sed frequens ma-
ledictio ⁊ homicidium.

## Qͣ christus clausit infernum sua passione ⁊ voluntaria morte. Ca. xliij.

In medio rome in quodam loco aperta ē semel terra ⁊ hy
antia infra patuerunt foramina. Super
hoc dij sunt interrogati. Responderūt.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-91/0046
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG